

ario cōcessa fuit. Sicut in simili Suarez tomo 4. in 3. p. vbi de Sacram. pœnitenti disp. 27. lectio 4. dubio 2. in 7. ait. si quis virtute iudicet. vel alterius privilegij cōcedentis semel eligi cōfessorum. et. q. & is non absolutus. vel cō eo non finire confessionem. integri ei esse alium eligere. Quia intelligitur ea potestas semel eligendi de actu cōsummato. At prior actus consummatus nō est. Cū ablatio nō sit obiecta. An verō possit quidā cōfessorius eligi. vt disp. cetera. alius verō vt plē legitur. dixi disp. 7. n. 17.

41 Tertia cōclusio. Si Episcopus alium Vicariū constituat. vel ipsi met Vicarius facultate Episcopi aliū substituat Vicarium generalem. poterit hic delegationem Vicario sub nomine dignitatis cōmissam. exequi: sicut ipemet Vicarius poterat. Quia non est alius Vicarius. sed ipsius successior. ac reputatur idem cum priori. Sic Iacobus de Puteo in sua decisioe 287. lib. 2. dicens sic deefumini Rora. c. 2. in 2. p. 2. in 2. p. 2.

42 Ultima cōclusio. Quis possit Episcopus Vicarium suū generalem ab officio removere. atq. impedire ne delegationē ipsi sub nomine dignitatis cōmissam. exequatur. Vt bene docent Cardin. clem. 2. q. 9. n. 1. o. de rescrip. & ibi Imola. nu. 1. 4. Ancharan. Bonifacius. n. 6. licet puniri possit. si in iurisdictionis delegatæ fraudem id efficeret. tanquā eā perturbans. c. 1. de offi. deleg. & docet Imola. p. 1. allegatus. At nō possit Vicarium speciale constituitur. vt de ea sola delegatione cognoscat. Quia hæc cōmissa est principali officiali. seu Vicario ipsius. (vt dixi nu. 36.) At hic nec est principalis Vicarius. nec ordinariam Vicarij iurisdictionē fortitur: sed quidā specialis est delegatus ad eā causam expedienda. Quā nequit Episcopus delegare: vt potest. quæ suæ iurisdictionis nō est. Posset tñ alium Vicariū generale cōstituitur. depositi priori. & ille possit eam exequi. Nam si causa à priori cœpta esset. non possit hic posterior manente priori in officio. sicut si priori nō esset præsentatum. rescriptum. Vt dixi num. 37. & 38.

43 Tandem dubietur. vtrū officialis Episcopi. cui delegatur per hæc rescripta dispensatio in matrimonij impedimentis. possit eā facultatem subdelegare? Menoch. cōfil. 17. n. 5. & seq. volum. 1. latē probat Episcopus. cui hæc commissio fieret. non posse eā etiam suo Vicario generali subdelegare. Dicitur primò. Quod cause matrimoniales solum Episcopi possunt delegari. Secū-

do potest probari. quia in his dispensationibus post causas allegatas à parte relatas. lolet Pontifex iniungere officiali. vt de eorū veritate se diligenter informet. & addit: *su per quo conscientia tua oneramus.* Quæ verba elocā esse personam iudicium denotat. Et sic nō poterit. nec in formatio veritatis præcū delegari iuxta. c. 6. h. 5. vlt. de offi. deleg. Tandē. quia aliquando in his matrimonij dispensationibus dicitur: *Discretionē tuā de qua in his speciale nō dno fiduciam obtinemus.* Atq. ita videtur de Vicarij persona specialiter cōsidere Pōtifex. ac proinde eius indultriam eligere. Sed breuiter (ne diutius immeret) sentio posse Vicarium receptionem testiu. ac informationem cōmittere. nō verò ipsam dispensationem. Ducor. quia vbi nudum ministerium vnā cū iurisdictione aliqua cōmittitur à Principe. nō potest qui dem nudū subdelegari ministerium. bene tamen iurisdictionē illa. Vt tradit Innoc. c. fin. in fine. de offi. deleg. quem sequitur ibi Abbas. §. fin. nu. 6. Quod hic contingit: quia in his rescriptis cōmittitur officiali iurisdictionē veritatis precum examinandæ. ac nudum ministerium exequendæ dispensationis à Pontifice concessæ. Poterit ergo illa delegari. non autem hoc. Et ita fulgent Felin. d. c. 6. h. 5. vlt. ad fin. vlt. 4. limita. Me noch. d. cōfil. 17. nu. 12. vbi & alios refert. Quod si illa testium receptio extra diocesim officialis dispensatur faciendū sit. fiet ab ordinario. cui delegatus ille remittit. nō autoritate propria ordinarij. sed autoritate subdelegata sibi. cōmissa ab officiali illo delegato. Quauis vbi ordinarius remittit alteri ordinario probationem. aliquā faciendā in diocesi ordinarij. cui remittitur. recipit ille ordinarius testes non autoritate remittentis. sed propria. & ordinaria. Vt vtrūq. bene docet Cardin. clem. vnica. n. 10. de offi. deleg. Nec obstat in contrarium adducta. Nō primū. quia stylus habet. vt cause matrimoniales cōmittantur inferiorib. Episcopo. vt eius officialib. Quod constat ex rescriptis dispensationum in matrimonio. quæ passim à Pōtifice mittuntur. Nec obstat secundum. Quia licet multi varia rescripserint circa illam clausulā. cōscientiam tuam oneramus: at quando ea verba nō diriguntur personæ nominatæ. videntur posita in vim monitionis. potius quā in vim formæ delegationis. & cōsequenter examē per ea verba à Pōtifice cōmissū poterit subdelegari. vt bene probat Nauar. lib. 1. c. 61. in 1. editione. tit. de officio Vicarij. cōfil.

2. nu. vnico. in 2. tit. de offi. deleg. c. 61. 6. nu. vnico. Quod eō vel maxime verū est. quia per huiusmodi verba. & similia. vt iudicio. & prudentiæ tuæ remittimus. nō cōsetur ele dā indultria personæ. quādo dele-

gatio nō sit personæ cognitæ. & determinatæ. sed dignitatē (vt probauit lib. 3. disp. 7. nu. 20.) Aliās dicendū esset eam cōmissionem mortuo eo officiali non transire ad successorem. Et per hoc patet ad tertium.

DISPUTATIO VIGESIMA OCTAVA.

An commissio dispensandi in matrimonij impedimentis. & generaliter quauis potestas delegata expiret morte. vel cessatione officij delegantis. re integra contingentibus?

SUMMARIUM.

1. Vt optuliciter concedi soleant. que à Sede Apostolica promanant. num. 1.
 2. Quæ manant per viam legis. vel constitutionis non expirent morte concedentis. num. 2.
 3. Nec que per modum contractus emanant. nu. 3.
 4. Iurisdictione ordinaria non expirat. morte concedentis. vt integra. num. 4.
 5. Quid. si cōcessa sit ad cōcedēti beneplacitū. An hoc deficiat in ordinarij Vicarij iurisdictione. num. 5.
 6. Quorū quæstiones disputandæ sint. num. 7.
 7. Quando dicatur res integra. & non integra? Referretur duplex opinio. num. 8. & 9.
 8. Explicatur sententia Authoris. num. 10.
 9. An sufficiat actus citationis æquivalens. vt res definit esse integra? num. 11.
 10. An sufficiat decessus citati. & si citatio intimata nō sit? Referretur quædam opinio. num. 12.
 11. Proponitur sententia Authoris. num. 13.
 12. An sufficiat vna citatio. an potius desideretur vtrius? num. 14.
 13. An sufficiat citatio facta absq. iudicij decretorū? Quid. si citatio defectu alicuius requisiti irrita sit? num. 16.
 14. Quid. si citatio fuerit circumducta. & pars absoluta à citationis instantiā? num. 17.
 15. An si delegatus commiserat alteri vices suas. deficiat res esse integra? num. 18.
 16. An per rescripti presentationem definat res esse integra? num. 19.
 17. Per quem actum definat res esse integra in rescriptis gratiarum? num. 20.
 18. Quando plures cause cōmittuntur. pluresve articuli in eodem rescripto. si illa cōnexa sint. incipitō circa vnum facit rem non esse integram quoad cetera. num. 21.
 19. Quid. quando non sint cōnexa. at actus circa vnum est cōmuni omnibus. & quando dicitur cōmuni? num. 22.
 20. An per citationem in vno ex his negotijs. nō cōnexu per delegatum factam. definat esse res integra quoad alia? num. 23.

2. Quid. si illa sint aduersus eandem personam. & ceterum in vno negotio. an res definat esse integra quoad alia? Referretur opinio. num. 24.
 3. Explicatur sententia Authoris. num. 25.
 4. Quid. si ea per modum vnus. & sub quadam vniuersitate cōmittantur? Referretur quædam sententia. num. 26.
 5. Proponitur sententia Authoris. num. 27.
 6. Quid. si ea cōmissio nō sit ad vniuersitatem causarum. sed ad earum generalitatem? nu. 28.
 7. An concessa dispensandi potestate cū pluribus. censetur res non integra. si cum vno sit iam dispensatum? num. 29.
 8. Post num. 29. inuenies alia summaria.

Disputatio præcedēs tractauit quādo commissiones expiret morte. vel cessatione officij delegati: p̄sens autem discutit quādo cesset morte. vel cessatione officij ipsius delegatis. Et vt certioribus præmissis ad minus certa disputanda gradū faciamus. præmittendum est primò. ea quæ à Sede Apostolica dimanant esse in quadruplici differentia. Quædam manant per modum legis. seu constitutionis. Quædam per viam contractus. Quædam per viam rescripti iustitiæ. id est. ad lites. Tandem alia per viā gratiæ. Sic allegato Baldo tradit Felinus. cap. licet vndique. num. 1. de offi. deleg.

2. Secundo præmitto. certum esse litteras emanantes per viam legis. vel constitutionis non expirare morte concedentis re etiā integra. Quod lex suapte natura sit perpetua. l. cum eorum. C. de sentent. & interloquit. l. Arriani. C. de hæret. & ita tanquam certum docent Anton. c. irrefragabili. §. ceterum. num. 15. de offi. ordin. & ibi Abbas nu. 1. Decius cap. relatum. in noua editione. nu. 28. de offi. deleg. Felin. cap. licet vndique. nu. 1. eodem tit. Rosella. verb. delegare. nu. 10. Syluest. verb. delegatus. q. 7. nu. 7. Similiter litteræ per modum contractus

emanantes in iudicio concedentis morte expirant. Quod successor contra eum predecessoris reuocare nequeat. c. 1. de probat. Sic Felin. num. 2. allegatus.

4 Tandem nec iurisdictionem ordinariam expirare concedentis morte etiam re integra, certum est. Constatur ex l. & quia. 7. ff. de iurisd. omn. iudic. iuxta communem eius in re. Et docent Glossa ibi. verb. principaliter, & vniuersi alij Doctores. Et est textus expressus. c. 2. de offic. legati, in 6. vbi iurisdictionem legati non expirare morte Pontificis etiam re integra declaratur: eod. q. sit ordinaria. Et huius rationem optime reddit Abb. c. relatum. nu. 4. de offic. deleg. Quia per concessionem Ordinaria iurisdictionis gratia ipsi, cui conceditur, vt potest, qui in dignitate constituitur. Vt notatur Clement. de rescipit. At gratia facta non expirat, licet moriatur concedens re integra. cap. si cui nulla, de praben. in 6. Itaque iurisdictione ordinaria radicatur in persona eius, cui conceditur, vnde immediate per concessionem inheret ostibus illius. Et ideo per concessionem mortem non expirat. Id enim quod nostrum est, sine facto nostro a nobis euelli non potest, regula id quod nostrum. ff. de regul. iuris.

5 Quod ad id verum est, vt quantum iurisdictione ordinaria concessa sit ad concedentis beneplacitum, & hoc morte concedentis expirat. cap. si gratiosè, de rescipit. in 6. illa tamen non expirat, et si re integra moriatur concedens. Cuius ratio est, fauor publicus, vtilitasque publica, quæ in iurisdictione ordinaria conferuanda versantur. Sic Bald. l. memini. ff. de officio Procoasulis. Paris de Puteo, Capitulus, Vtius, quos refert, ac sequitur Menoch. de arbit. lib. 1. q. 69. nu. 9. Anton. Gabr. tom. 3. communium, lib. 6. tit. de prabend. conclus. 1. num. 32.

6 Hoc autem fallit in iurisdictione Vicarij, quæ cum sit ordinaria, perit concedentis morte. Vt probatur tradita eius ratione, lib. 3. disputatione 29. num. 17.

7 Tota ergo difficultas est de potestate delegata ad literas tam iustitiae, quam gratiae exequendas. Cuius rei decisio maximè pendet ex intelligentia quando res dicatur integra, aut non integra, sed cæpta. Et ideo quadruplex est questio in hac disputatione agitata. Prima est generalis omnibus literis iustitiae, vel gratiae. Quando res dicatur integra? Secunda, qualiter potestas delegata ad iustitiae literas expirat conce-

dentis morte? Tertia, de potestate delegata ad gratiae literas? Vltima, de commissione facta Ordinario, vel confessorio ad dispensandum in matrimonij impedimentis, & alijs rebus.

8 **Questio prima.** Quando res dicatur integra, & quando dicatur non integra? Triplex est opinio. Prima asserit non esse necessariam partis citationem, sed sufficere, vt res dicatur non integra, sed cæpta, qualitercûq; ceperit iudex iurisdictione vti, exercens quemcûq; ad iudiciale. Ducitur ex cap. licet vndiq; de offic. deleg. ibi: *si iurisdictione a suo sibi collega delegata vti non ceperit. Quia mandatum in iusmodi morte mandatoris re integra expirat.* Vbi clarè textus tunc censet rem non esse integram, quando delegatus ceperit vti iurisdictione. A tante citationem sunt alij actus iurisdictionis. Secundo ex l. & quia. 6. ff. de iurisd. omn. iudic. ibi: *Antequam ab eo, cui mandatum est, iurisdictione geri ceperit.* Et ex cap. penult. de offic. deleg. in 6. ibi: *Antequam per ipsum delegatum in aliquo processum fuerit.* Tertio, quia cum perpetuare iurisdictionem, & litem pendentiam inducere, sint valde diuersa: non est rationi consonum, citationem quæ ad litem pendentiam desideratur, petere ad perpetuandam iurisdictionem delegatæ re desinente esse integræ. Hanc sustinent Glossa. c. ne aliqui. verb. in cæpta, de heret. in 6. & c. quauis. verb. vltus, & cap. cum plures. verb. inchoante, de offic. deleg. in 6. Ioann. Andr. eo. c. quauis, in fine: & ibi Ancharr. nu. vnico, notabili 2. Fracus nu. 4. idè Io. Andr. addit ad Speculatorum. tit. de recusatatione. §. causa recusatationis. verb. delegato: & d. c. licet vndiq; nu. 6. vbi Hosti. n. 2. Ancharr. q. 1. Henricus nu. 3. idem Hosti. summa. tit. de officio deleg. §. quibus modis finitur. nu. 10. vers. quid si mortuus, in fine. Anton. c. relatum. nu. 9. & c. gratum. nu. 13. de offic. deleg. & c. fin. nu. 10. de offic. legat. vbi Bellemera. nu. 10. Bald. l. more, in prima lectura, ad finem. ff. de iurisd. omnium iud. & ibi Paulus nu. 9. Syluest. verb. delegatus. q. 6. num. 8. Tabiena verb. delegare. q. 12. num. 13. fine.

9 Secunda sententia tenet iure Canonico attento solam citationem desiderari, vt res desinat esse integra: at iure Ciuili amplius desiderari, nempe, litem contestationem. Sic Glossa. cap. relatum. verb. contestata, de offic. deleg. sic explicans eum textum expressè dicentem expirare delegationem, quando moritur delegans lite nondum cont-

itara

stat: vt intelligatur attento iure Ciuili: idem tenet Glossa. l. & quia. verb. antequam. ff. de iurisd. omnium iudic. Albericus. l. more. nu. 20. ff. eodem tit. & ibi Belleperica. nu. 14. & idem expresse decidit. l. Regia. 27. tit. 4. part. 3. dicens per litem contestationem desinere rem esse integram.

10 Tertia sententia (cui tanquam probabiliori adhaereo, licet prima sit satis probabilis) ait vtroque iure desiderari, ac sufficere partis citationem, vt res desinat esse integra, ac proinde perpetuari iurisdictione delegatæ. Ducitur ex cap. gratum, de offic. deleg. ibi: *Cum citatione facta negotium sit quasi ceptum.* Quare dum cap. relatum, eodem tit. dicitur rem desinere esse integram per litem contestationem, supplendum est, maximè, cum etiam per citationem desinat: iuxta dict. cap. gratum. Nec enim mirum est, vnum textum per alium suppleri. Et ita exponunt Innocentius eodem cap. relatum, initio. Ioann. Andr. num. 2. Hostiensis initio: & ferè omnes. Quauis Decius dict. cap. gratum. num. 1. & sequentibus asserat vnum textum per alterum corrigi. Quem sequitur Zafius. l. more. num. 35. ff. de iurisdictione omnium iudic. Sed melior est prior expositio, vt textum correctionem vitemus. Secundo, quia licet textus. num. 8. citati per prima sententia dicant, si vti ceperit iudex: id verbum generale declarandum est per dict. cap. gratum, quod specificè citationem petit. Tertio ex cap. finali, de offic. legat. ibi: *Si citatio non processit.* Quarto, quia ad perpetuandam iurisdictionem non sufficit ingressus rei præambule ad actum, nisi detur ingressus in aliquid ex substantialibus actus. At primus actus ex substantialibus iudicij est citatio. cap. quoniam contra, de probat. Et confirmatur, quia cum perpetuatio huius iurisdictionis delegatæ sit respectu partium, oportet vt interueniat aliquis actus erga partem. At primus omnium est citatio. Et ex his constat ad verumque sententiae argumenta adducta num. 8. & 9. Et idè huius sententiae sunt Glossa cap. super questionum. §. si verò verb. si non possunt, de offic. delegat. Specularor. tit. de legato. §. finitur autem, statim in principio. Monachus. cap. si delegatus. num. 1. de offic. deleg. in 6. Archid. cap. quauis. num. vnico. versic. fuerit, eodem tit. & lib. & ibi Dominicus nu. 7. Probans addit ad Monachum ibi num. 1. idem Archid. cap. non ita. 2. quest. 6. nu. 1. & 2. Anton. cap. licet vndiq; nu. 12. fine, & nu.

13. fine, de offic. deleg. Et ibi Bald. num. 3. Cardin. quest. 6. Abb. num. 4. idem Abbas cap. relatum. num. 5. & 6. eodem tit. & cap. finali. num. 10. de offic. legat. vbi Cardin. sine. Imola citato Calderino dict. cap. licet vndique. num. 2. Decius dict. cap. relatum, in noua editione. num. 29. & duplici sequenti: & ibi Felinus. num. 12. & cap. pastoralis. §. quoniam. num. 2. sine, de rescipit. Bartol. l. more. num. 13. ff. de iurisd. omnium iudic. & ibi Fulgosius num. 20. Roman. num. 14. Iacobinus in prima lectura num. 28. & 29. Zafius num. 35. Decius à num. 46. Alexan. num. 36. Iafon num. 58. Bartholom. Socin. num. 78. Cacialupus. num. 41. & seqq. Angelus. l. & quia. num. 6. ff. eodem tit. Maranta de ordine iudiciorum. 4. part. d. 5. an iudicium sit ordinarium, vel delegatum. nu. 61. Vitalis tractatu clausularum, clausula, quod non sit melior conditio occupantis. num. 3. & seqq. Gregor. Lopez. l. Regia. 27. fine. tit. 4. part. 3. explicans eam legem dicentem per litem contestationem desinere rem esse integram, vt supplendum sit, vel per citationem. Vt expresse dicitur. l. 3. tit. 18. eadem part. 3. Addit Vitalis. num. 4. proximè allegatus cum Imola. l. 2. §. sed si quis. num. 6. ff. de donat. fortè in tribunali Ecclesiastico fore, vt seruetur prima opinio relata. num. 8. propter Glossa ibi allegatæ autoritatem.

11 Sufficeret tamen actus citationi æquiualens, nempe, quando quicumque actus citra citationem fieret præsentè vtraque parte. Quia cum pars aduersa interfit, perinde est, ac si citaretur. Sic Cardin. cap. licet vndique. quest. 6. de offic. deleg. & ibi Felin. num. 13. fallentia 1. Et dicemus in quodam casu speciali. num. 18. fine.

12 Dubium autem est, an oporteat illam citationem peruenisse ad partis citatæ notitiam, vt res desinat esse integra? Affirmant quidam. Quia verba cum effectu accipienda sunt. cap. relatum, de cleric. non resid. Cum ergo textus num. 10. relati pellant ad hoc citationem partis, ea debet esse cum effectu. Quod contingit quando parti intimata est. Item, quia cum ex aliquo actu cõsurgere debet aliquis effectus, oportet ad eum illum esse consummatum. cap. quia propter, & cap. cum post petitum, de elect. Ita tenent Cardinal. Clement. 2. num. 11. oppositione. 6. vt lite pendens, & capit. finali, sine, de offic. legat. & cap. licet vndique. quest. 6. de offic. deleg. & ibi Bald. num. 4. Iacobinus. l. more. in 2. lectura. nu.

13. ff.

13. ff. de iurisdictione omnium iudi. & ibi Alexand. num. 3. 6. Atque idem sentit attentio iure Ciuili, quanuis attentio iure Canonico dicant, fat esse commissionem citandi, Baldus cap. finali, in fine, de offic. legat. & ibi Ancharr. sine. Henricus fin. Imo & aliqui censent nec citationem parti intimaram sufficere, si citatus non comparuit, & pars aduersa non accusauit contumaciam. Quod talis citatio nemine comparente caruerit effectu, li. quanuis, ff. de in ius vocando, Sic Ancharran. cap. gratum. num. 1. notabili 1. de offic. deleg. Iason. d. l. more. num. 18.

13 At probabilius credo, fat esse a iudice prolatum citandi decretum, vt res definit esse integra, quanuis citatio no sit intimata citato. Probatur ex cap. gratum, de offic. deleg. ibi. *Proposito citationis edito*. Deinde, quia citatio ex tribus partibus constat, nempe, ex mandato de parte citata: ex equitatione Nuntij: & ex relatione nuntij afferentis se citasse. Ex his autem tribus sola prima pars est actus iurisdictionis iudicis. Ergo ea sola fat est, vt dicatur iudex cepisse vt iurisdictione. Et confirmatur, quia ne res dicatur integra, solus iudicis actus pensandus est. Qui perfectus est per solum citandi mandatum. Quod sententia interlocutoria dicitur, teste Glossa. l. cum clericis, verb. sententiarum. C. de Episcopis, & clericis. Nec obstant argumenta contraria. num. precedenti addu. Non primu: quia quod alij textus dicunt citationem requiri, explicuit dicitur cap. gratum; *Proposito citationis edito*. Præterea potest dici satis esse, vt verba eum effectum habeant, quem petit natura rei, ad quam effectus ille ordinatur. Cum ergo petant textus citatione, vt iurisdictione iudicis sit inchoata: ac solum citationis editum sit actus iurisdictionis, ac ipsam inchoat: per solum id editum dicitur citatio consummata, quoad hunc effectum. Et hinc patet ad secundu: nam sufficit ea actus consummatio, quam eius effectus requirit. At effectus hic, qui est inchoata esse iurisdictionem, solo citationis edito contentus est. Et ideo hanc partem tenent Glossa Clement. 1. verb. ad partem, vt lite pendente. Et ibi Abbas sine. Imola num. 7. Bonifacius num. 16. Spectator, Bartolus, Probns citati. num. 10. Ioan. Andree. cap. finali. num. 6. de offic. legat. & ibi Anton. num. 11. Abbas num. 11. dicentem de iure Canonico, quam Ciuili. Idem Ioann. Andree. cap. licet vndique. no. 6. de

offic. deleg. & ibi Hostiensis num. 2. idem Abbas dicit. cap. gratum. num. 3. & ibi Felinus num. 5. Decius in noua editione, a nu. 6. Curtius Junior. l. more. num. 78. & sequens ff. de iurisdictione omni. iudic. & ibi Decius num. 48. Bartholom. Socinus. nu. 79. In cobinus in prima lectura. nu. 31. Roman. nu. 14. Syluest. verb. delegatus. q. 6. nu. 8. Tabiena. verb. delegare. q. 12. nu. 13. sine.

14 Hinc deducitur minus esse necessariam trinam citationem, vt res dicatur non integra, sed sufficere vnam. Sic Glossa Clement. 1. verb. citationes, de iudicij. Archidia. cap. non ita, initio 2. quaest. 6. Ioann. Andree. cap. penultimo. num. 3. de foro compet. & ibi Anton. num. 11. Abbas citato Federico num. 9. Imola num. 3. Felinus in fine. Bellemera num. 2. notabili 1. idem Felin. cap. gratum. num. 6. de offic. deleg. & ibi Decius in noua editione num. 10. Nec illam vnicam citationem exigit peremptoriam esse. Vt bene docent Archidia. Ioann. Andree. Anton. Imola, Bellemera ibidem. idem Ioann. Andree. cap. cum plures, in fine, de offic. deleg. in 6. & ibi Ancharr. num. 6. quaest. 3. Dominicus num. 15. Francus sine. *Quanuis minus bene Petrus*, quem refert, ac sequitur Ancharr. dicitur cap. penultimo. num. 4. asserat requiri trinam citationem.

15 Non tamen sufficit citatio anomala, id est, quam absque iudicis autoritate facit creditor debitori fugituo. *Quanuis enim ea permilla sit a lege*, iuxta Bartoli doctrinam. l. neminem. C. de exhibend. reis, per textum. l. ait prator. §. si debitorem. ff. de his, quæ in fraudem. At non est legitima, vt potest facta absq; iudicis autoritate. Sic Anton. cap. 1. num. 21. de iudic. & ibi Abbas num. 33. Felin. cap. gratum. num. 5. de offic. deleg.

16 Secundo dubitatur. An si citatio illa defectu alicuius requisiti irrita sit, sufficiat ne res dicatur integra? Afirmant aliqui. Quippe iudex citationem precipiens est irritam, verè dicatur iurisdictione vt cepisse. Sic Hostiensis cap. licet vndique numero 2. de offic. delegat. Romanus. l. more. num. 14. ff. de iurisdic. omnium iudic. At contrarium omnino est tenendu. Quia cap. quanuis, de offic. delegat. in 6. petit textus, vt iudex iurisdictione fuerit vsus. At inordinatus actus non est vsus, sed abusus. cap. vbi ista 73. dist. & cap. priuilegium 11. quaest. 3. Secundo, quia vt ait textus, c. qualiter, & quando, de accusat. ex ijs, quæ

inordinatè sunt 2a non potest ordinabiliter agi. Tercio, ex cap. penultimo, de foro compet. ibi. *Legitime citatus*. Tandem, quia cum ea citatio nulla sit, nullum potest effectum operari, sed perinde habetur, ac si facta non fuisset. Et ita docent Glossa cap. cum plures, in fine, de offic. deleg. in 6. & ibi Ioann. Andree. sine. Ancharra. nu. 6. quaest. 3. Dominicus num. 15. Francus sine. Archidia. cap. non ita. 2. quaest. 6. num. 2. Et dicitur cap. quanuis. num. vno. versic. fuerit, vbi. Probatur addit. ad Monachum. nu. 2. Hostiensis sibi contrarius. cap. olim, ad finem, de except. idem Ioann. Andree. cap. licet vndique. num. 8. de offic. deleg. & ibi Anton. sine. Ancharr. quaest. 2. Cardin. q. 5. Imola. num. 2. Idem Anton. cap. penultimo. num. 11. de foro compet. & ibi Ioann. Andree. num. 3. Abbas num. 6. Ancharr. nu. 4. Imola num. 3. Bellemera num. 2. notabili 1. & cap. finali. nu. 11. de offic. deleg. Iason. l. more. num. 60. ff. de iurisd. omni. iudic. Vitalis tractatu clausularum, clausula quod non sit melior conditio occupantis. nu. 7. Felinus cap. gratum. nu. 4. de offic. deleg. vbi limitat, nisi post citationem illam sequuta sit spontanea citati comparitio, & perseverantia in iudicio. Ad quod probandum multa afferunt.

17 Hinc deducitur primo, si citatio fuit circumducta, & pars absoluta a citationis instantia, dici rem integram. Quod pronunciatum sit citationem fuisse nullam. Sic Baldus. l. more. in. 1. lectura, sine. ff. de iurisd. omni. iudic. quanuis Cacialupus ibi. nu. 46. dicat cogitandum, an possit dici rem non esse integram. Quia per citationis circumductionem magis videtur perpetuata iurisdictione quoad iudicem. Quippe circumduciendo, inter loquutus est: est effectus citationis cessauerit quoad partem. Et hoc est probabile.

18 Secundo deducitur, quid dicendum sit in ea questione. An si delegatus vires suas alteri commiserit, censetur res non integra, & perpetuata iurisdictione? Quibusdam placet rem iam non esse integram, & si non in totum commiserit vires. Ducuntur, q. subdelegatio illa manifestè sit actus iurisdictionis, & ita ceperit vt iurisdictione: ita tradunt Glossa. cap. penultimo. verb. processum, de offic. delegat. in 6. Hostiensis cap. licet vndique. num. 2. de offic. deleg. & ibi Ioann. Andree. num. 6. Angelus. l. & quia. num. 6. sine. ff. de iurisdictione omnium iud. Paulus. l. more. num. 9. ff. eodem

tit. & ibi Romanus num. 14. Francus cap. quanuis. num. 4. de offic. deleg. in 6. Syluest. verb. delegatus. quaest. 6. num. 8. Ceterum dicendum est, per eam subdelegationem non desinere rem esse integram. Probatur ex cap. penultimo, de offic. delegat. in 6. vbi dicitur, si delegatus subdelegauerat committendo vires suas, & moriatur primus delegans, antequam per delegatum illum, vel eius subdelegatum, processum in aliquo fuisset, expirare iurisdictionem. At si sola subdelegatio efficeret rem non esse integram, non expiraret, quauis nec delegatus, nec subdelegatus in aliqua processerint. Item, quia quanuis subdelegare sit actus iurisdictionis, non est tamen exercitium illius iurisdictionis delegata: sed iurisdictionis concessa a lege. Quippe lex eos casus concedit, in quibus delegatus potest subdelegare. Et cum iurisdictione a lege concessa sit ordinaria. l. & quia. ff. de iurisdictione omnium iud. subdelegatio illa est actus iurisdictionis ordinaria. Tercio, quia esto esset vsus iurisdictionis delegata, at non est vsus eius circa negotium commissum: ac proinde negotium non dicitur ceptum, vt res definit esse integra. Quod petit textus, cap. gratum, de offic. deleg. Tandem, quia et si sit actus iurisdictionis, non est de actibus iudicij, sed sit absque cause cognitione, & partibus absentibus, & probatur per solū delegantis sigillum. Quare nequit verè iudex dici in aliquo processisse. Quod petit textus, cap. penultimo, de offic. deleg. in 6. Et ita hanc partem tenent Ioann. Andree. eo. cap. penultimo. num. 1. versic. in Glossa, quid dices: & ibi Francus num. 2. Dominicus num. 5. & cap. quanuis. num. 7. eodem tit. & libro. Abbas cap. pastoralis, in principio. num. 3. & cap. licet vndique. num. 4. & cap. gratum. num. 5. de offic. deleg. Imola eod. cap. licet vndique. num. 2. Felinus. cap. relatum. nu. 12. ad finem, eodem tit. Decius dicitur cap. gratum, in noua editione. num. 13. Iason. l. more. num. 58. sine. ff. de iurisdic. omni. iud. & ibi Iacobinus in. 1. lectura. nu. 29. Bartholom. Socinus. num. 78. Cacialupus a num. 42. In eo tamen casu vera erit prior opinio, si subdelegatio illa præsentibus ambabus partibus fiat. Tunc enim is actus citationi æquualet: ac proinde res non erit integra: iuxta dictam num. 11. Sic tradunt Francus. d. cap. penultimo. nu. 2. Dominicus d. c. quanuis. nu. 7. Bartholom. Socinus. d. l. more. num. 78.

19 Tertio deducitur, quid dicendum sit in es questione. An per solam rescripti presentationem factam iudici, desinat res esse integra? Quidam enim id asserunt. Quia tunc videtur iudex coepisse vii, efficiens, vt libi presentetur rescriptum, illudq; acceptans. Ita Hostien. summa tit. de offic. deleg. §. quibus modis finitur. num. 10. versic. quid si mortuus, in fine: & cap. licet vndique. num. 2. eodem tit. & ibi Ioann. Andr. num. 6. Baldus rubrica. C. de in ius vocando. nr. 1. Syluest. verb. delegatus. quæst. 6. num. 8. Et sic ait dicendum Anton. cap. pastoralis. §. quoniam. num. penultimo, de rescriptis. sicut opinio. num. 8. relata, dicens per actus citationi præuios desinare rem esse integram. At dicendum est, id minime sufficere. Dico, quia acceptare rescriptum delegato presentatum, non est incipere vii iurisdictione, sed præparare se ad vrendum. I. quemadmodum. ff. de inoffic. testam. & cap. is qui, de procurat. in 6. ibi: *Non potest post mandatum susceptum, etiam si res non fuerit.* Vbi supponitur suscipere mandatum non esse eo vii. Et confirmatur, quia etsi sola rescripti presentatio imprimit delegato iurisdictionem. At nullam iurisdictionis exercitium inducit. Quod petant textus. cap. gratum. cap. relatum. cap. licet vndique, de offic. deleg. vt res desinat esse integra. Arque ita hanc partem tenent Abbas. cap. cum venisset. num. 2. ad finem, de testib. & attestat. & ibi Cardin. num. vnico, versic. in glossa 2. fine. Felinus. d. cap. relatum. num. 12. versic. ite nemo, in fine. Dominicus. d. cap. is qui, in principio. num. 3. notabili 4. Angelus. l. & quia. num. 6. ff. de iurisdic. omn. iudic. Iason. l. more. num. 58. ff. eodem tit. Quod idem tenent omnes, quos nu. 10. retuli, asserentes per nullum actum citationi præuium desinare rem esse integram. Imò licet sustineamus sententiam. num. 8. relata dicens rem per actus citationi præuios desinare rem esse integram, adhuc dicendum est non sufficere rescripti presentationem. Vt bene tradit Imola cap. pastoralis. §. quoniam. num. 10. de rescriptis. Quod adhuc retenta ea opinione, necesse sit actus citationi præuios eiusmodi esse, vt per eos vsus iurisdictionis inchoetur. Quod sola rescripti presentatio non fieri probauit.

20 Sed merito rogabis, quando res desinat esse integra in rescriptis gratiæ, vt in commissiõibus dispensandi? Ratio dubitandi est. Quod cum non agitentur inter partes,

nulla est pars aduersa, que citari debeat. Anton. cap. licet vndique. num. 12. fine. & nu. 13. fine, de offic. deleg. ait per solam rescripti presentationem cum animo procedendi desinare rem esse integram in his rebus. At merito Felin. cap. pastoralis. §. quoniam. num. 3. de rescriptis. non ausus est hoc affirmare. Quia rationes nup. præcedenti allatae concludit per hanc presentationem non coeptum esse vii iurisdictione. Quare dicendum est primum actum iudiciale, qui expediri solet post rescripti presentationem efficere, ne res deinceps sit integra, atq; eum exigi. Vt si iudex iubeat fieri informationem veritatis precum. Quod in simili tradunt Bart. Bald. & alij, quos refert, & sequitur Maranta de ordine iudiciorum 4. part. dist. 9. an sit super petitorio. nu. 20. & par. 6. membro 10. iudicij de lris contestatione, in principio. num. 2. dicentes in causis, in quibus lris contestatio non requiritur, habere vim ipsius quoad esse dicitur, ex lris contestata productis, eum primum actum, qui solet immediatè fieri post lris contestationem, in causis in quibus ea exigitur. Et ita Felinus proximè allegatus ait in his desinare rem esse integram, ac iurisdictionem perpetuari, si iudex maderet vocari illum cum quo dispensandum est, vel similem iurisdictionis actum faceret.

Tandem dubitabitur, quando plures cause committuntur, pluresve articuli in vno, & eodem rescripto, in eodipso quod in vna causa, in vno articulo coeptum sit, esse featur quoad cetera res non integra: ac proinde quoad omnia illa perpetuetur iurisdictione? Quia in re, vt à certioribus incipimus, conuenit inter Doctores omnes allegandos, quando cause illa in eodem rescripto contenta, siue contra vnã, siue contra diuersas personas, sunt connexa, citatione facta in vna causa, & sic illa incepta, desinare rem esse integram, ac perpetuari iurisdictionem quoad alias, argumento ex. l. finali. C. de duobus reis.

Secundo conuenit inter omnes, quoad actus inceptiõis, vt citatio illa esset communis omnibus causis illis eiusdem rescripti, quauis sint contra diuersas personas, & minime connexa, ceteri omnes inceptas, & quoad omnes perpetuari iurisdictionem. Erit verò citatio hæc communis, si facta sit simpliciter, id est, nulla causa illius rescripti expressa. Quod tunc non sit maior ratio de vna, quam de alia. Ita Anton. cap. licet vndique. num. 15. de offic.

deleg.

deleg. & ibi Hosti. nu. 4. Imola nu. 3. & l. 2. §. sed si quis. nu. 6. ff. de donat. Dominicus. c. ne aliqui. nu. 5. de hæret. in 6. Cacialup. l. more. nu. 3. ff. de iurisd. omn. iudic. Vitalis tractatu clausularum, clausula quod non sit melior conditio occupantis. num. 2. Similiter hunc actum communem explicat aliqui exerceri per factam rescripti plures illas causas continentis acceptationem à iudice. Sic Felin. d. e. licet vndique. nr. 1. versic. sed dubium est. Atque idè asserent auctores, quos nu. 19. allegaui asserentes per rescripti acceptationem desinare rem esse integram. Sed merito idemmet Felinus. cap. pastoralis. §. quoniam. nu. 2. de rescriptis. hoc reprobat. Atque verè reprobandum est, retenta opinione, quæ nu. 19. tenuimus, nimirum, non desinare rem esse integram, nec perpetuari iurisdictionem per solam rescripti acceptationem.

23 Tertio si sustineatur opinio nu. 8. relata asserens per quemcunq; actum citationi antecedentem desinare rem esse integram, nec esse sariò dicendum est, facta citatione in vna illius rescripti causa, desinare quoad ceteras illius rescripti, etiam non connexas, ac contra diuersas personas, rem esse integram. Ratio est, quia citationi antecedere debet electio notarij, & alia iudicij præparatoria, que sunt omnibus illis causis communia, ac proinde ratione huius actus communis citationi præuij, dicentur omnes hæc cause inceptæ: & ita iuxta hanc sententiam dicendum esse aduertunt Anton. cap. pastoralis. §. quoniam. nu. penultimo, de rescriptis. & ibi Abbas nu. 5. At retenta vtriusque sententia, quam nu. 10. tenuimus, nimirum, non desinare rem esse integram per actus citationi præuios, est necessariò dicendum quoad citatio esset specialis circa vnã illius rescripti causam, non desinare rem esse integram quoad alias eiusdem rescripti causas, si non sint inter se connexa, & sint contra diuersas personas. Quippe nullus actus communis alijs causis non expressis effectus est, nec cause inter se conueniunt, nec sunt contra eandem personam. Quare nulla ratio suadet inceptiõem in vna causa extendi ad alias. Contineri enim eas omnes in eodem rescripto, est omnino per accidens, nec aliquid refert ad illarum vnitatem inducendam. Erit ita fatentur omnes allegandi.

24 In duobus autem consistit difficultas. Prius est, an quando illæ cause non connexa eiusdem rescripti, sunt aduersus eãdem

personam, citatio illius personæ in vna expressa causa, efficiat rem non esse integram quoad ceteras? Posterius est, quando esset generalis causarum commissio facta generaliter, ac per modum vnius, an modus hinc vnitatis commissiõis efficiat, vt citatio in vna extendatur ad alias non connexas, quauis sint contra diuersas personas? Et in priori difficultate quidam partem affirmantem tuerentur. Ducuntur, quod cum iurisdictione sit res indiuisibilis, incepta super vno articulo contra personam citatam, reputatur perpetuata erga illam quoad omnes alias causas. Ita Speculator. tit. de iudice delegato. §. restat videre. num. 6. versic. quid si super. Ancharr. cap. ne aliqui. nu. vnico, notabili 2. de hæret. in 6.

At omnino dicendum est, non desinare rem esse integram, nec perpetuari iurisdictionem quoad alias causas non inceptas. Quia iudex super vno solo articulo, vnãve sola causa citans videtur suam iurisdictionem diuisisse: & persona citata non tenetur respondere, nisi circa illud articulum. Ergo quoad alios res manet integra. Et ita sentiunt Innoc. e. licet vndique. nu. 2. verb. expirauit, de offic. deleg. & ibi Ioan. Andr. nu. 17. Cardin. q. 7. Bellemera. nu. 11. Henricus. nu. 3. Bart. l. more. nu. 14. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Paul. nr. 10. Zasius. n. 39. Fulgosi. fine. Iacobin. in prima lectura. nu. 37. Angel. l. & quia. nu. 5. ff. eod. tit. Imola. c. pastoralis. §. quoniam. nu. 9. de rescriptis. Dominici. cap. ne aliqui. nu. 5. de hæret. in 6.

26 Circa posteriorem difficultatem, nu. 24. propositam, nempe, quando plures cause committuntur per modum vnius, nec sunt inter se connexa. At non expressim singulae delegantur cause, sed sub quadam vniuersitate. Vt si quispiam constituitur iudex delegatus ad vniuersitatem causarum talis territorij, an citatio in peculiari causa, efficiat rem non esse integram, ac perpetuet illius iudicis delegatam iurisdictionem quoad ceteras causas? Quibusdam pars negans placet. Ducuntur per. c. ne aliqui, de hæret. in 6. vbi tanquam quid speciale fauore fidei decernitur, ne delegata inquisitorum potestas pereat quoad negotia non coepa morte delegantis. At illi sunt delegati ad vniuersitatem causarum fidei. Secus ergo est in ceteris delegatis ad vniuersitatem causarum. Secundò, per cap. finale, de offic. legati, in 6. vbi deciditur conferuorum potestatem expirare quoad negotia non inchoata morte delegantis. Cum tamen illis

delegari soleant causa, sub quadam generalitate, & unica commissione. Tertio, per l. quid tamen, in principio, ff. de arbitr. ubi reputatur plura compromissa, quando plures cause in eodem compromisso includuntur. Si ergo hæc commissio ad vniuersitatem causarum non reputatur vnica, sed multiplex, inceptio in vna causa non efficit, vt censetur iudex in omnibus incepisse. Et ita hanc partem tuerent Bald. l. mandatum, 15. nu. 4. C. mandati. Imola. cap. pastoralis, §. quoniam, nu. 9. de rescript. & ibi Felinus nu. 2. & nu. 3. fallentia 4. & cap. relatu. nu. 13. de offic. deleg. Albericus l. more. n. 24. ff. de iurisd. omni. iud. & ibi Roman. nu. 18. Alexan. num. 37. Fulgositius sine. Et in hanc licet dubius magis inclinat Iacobinus ibi, in prima lectura, num. 38.

27 Quauis autem sit satis probabile hoc: at probabilis reputo censeri ceptum quoad omnes causas sic commissas, & sic quoad eas perpetuari iurisdictione. Ducor, quod tunc censetur vnica commissio facta, ac proinde cum iudex incipit ea vti in quavis causa, censetur iam plene incepisse vti sua iurisdictione delegata: nec res esse integra quoad omnes causas sic sibi commissas. Quod minime contingit quando plures cause commissæ exprimentur specialiter, sed tunc sunt plures commissiones. Quæ differentia inter vtrique committendi modum constat ex l. scire debemus, 29. in princip. ff. de verb. oblig. ubi deciditur tot esse stipulationes, quot sunt species, vel summæ specialiter designate: at vnicam esse, quoties res vniuersaliter designantur. Nec textus nu. præcedenti adduci in contrariæ sententiæ fauorem, illam probant. Nam ad cap. ne aliqui, respōdetur fauorem fidei ibi indutum in eo consistere, vt non expiret inquisitorum potestas morte Pontificis delegantis re omnino integra, ac nulla causa inchoata: & quoad causas, quæ nondum emerlerant. Vt expresse ibi dicitur. Atq; in hoc eum speciale fauorem versari, docent Decius. c. pastoralis, §. quoniam, in noua editione. n. 18. de rescript. Iason. l. more. num. 56. ff. de iurisd. omni. iudic. Ad c. finale respondet idem Decius eo. nu. 18. non esse ibi commissas plures causas simul in eodem rescripto. Sed Iason eod. nu. 56. respondet eum textum vti verbo, volumus, de cuius natura est denotare esse nouum ius teste Gloss. clem. vnica. verb. volumus, de offic. vicar. vnde cum inducat ius nouum exorbitans à iure Communi, & loquatur in officio cōserua-

torum, quorū potestas maximè ordinarijs præiudicat, non est ad alios delegatos trahendus. Ad l. quid tamen, responder Decius. nu. 19. dici plura compromissa impropiè: & id colligitur ex ijs textus verbis: *Quasi plura sint compromissa.* Et idem huius sententiæ sunt Bartol. d. l. more. nu. 14. & ibi Paulus. nu. 10. Decius. nu. 56. Iason. nu. 36. Cacialopus. nu. 30. Curtius iunior. nu. 85. & 84. Angelus. l. & quia. n. 5. ff. de iurisd. omni. iud. Bald. c. pastoralis, §. quoniam, paulo post principium, versu. cōsidera q̄ interdum, de rescript. & c. licet vndiq; nu. 6. de offic. deleg. vbi Anton. nu. 15. Anchar. q. 4. Imola. nu. 3. & l. 2. §. sed si quis. nu. 6. ff. de donat. Vitalis tractatū clausularum, clausula, quando non sit melior cōditio occupantis. nu. 2. Maranta de ordine iudiciorum. 4. p. d. 5. an iudicium sit ordinarium, vel delegatum. num. 61.

Hanc sententiam intelligit quidam ex his Doctoribus, vt sunt Baldus, & Curtius iunior. nu. præcedenti allegati, quando delegatio illa esset ad vniuersitatem causarū. Vt quando quis cōstitutus esset delegatus ad omnes causas alicuius territorij: secus si sit ad generalitatem causarum. Vt si delegatio esset ad causas pupillorū omnium. Et id probat Curtius iunior ex cap. finali, de offic. legat. in 6. ratione cuius textus hoc tenendum affirmat. Quauis ratio Bartoli deducta ex l. scire debemus, quam nu. præcedenti adduxi, æquè procedat in delegatione ad generalitatem causarum. Sed in exemplo causarū pupillorum per hos Doctores adhibito, verius est esse delegationē ad vniuersitatem causarū. (vt probauit lib. 3. disput. 31. num. 4.) Et credo verā esse sententiam. num. præcedenti relata, etsi delegatio non sit ad vniuersitatem, sed ad generalitatem causarum. Nam ratio Bartoli, & sequacium deducta ex l. scire debemus, æquè procedit in generalitate causarum, quando non expressim singulæ illæ causæ committuntur, sed generaliter, ac per modum vnius. Et ita Bartolus, qui eius sententiæ patronus est, solum eum casum excepit, in quo plures illæ causæ expressim delegantur.

29 Ex his infertur quid sentiendum sit in dispensationibus, ac reliquis commissiōibus non contentiosis. An quando plures illæ alicui committuntur, vt potestas dispensandi cum pluribus personis nominatis in fauorem earum, censetur res non integra, ex eo q̄ commissarius cum vna dispensare

cepit, quoad alias cum quibus non cepit (non tracto hic an expiret ea dispensandi potestas quoad alias, etiam si res dicatur integra quoad illas: vt dicunt quidam Doctores ex ijs, quos allegabo; quia de hoc agam à nu. 89. sed tantum tracto hic, an res dicatur integra quoad alias.) Quidam absolute censent dici rem integrā quoad alias personas. Quia quoad ipsas nullus iurisdictionis dispensandi actus exercitus est. Sic Speculator tit. de dispensatione, §. dicendū restat, nu. 19. sine. Archidise, c. dudum. 18. q. 2. nu. 5. & ibi Bellemera. nu. 1. versu. prætersā queritur. Sed sic distinguendum est. Si commissarius fecit actum cōmunem omnium dispensationi, res non est integra quoad omnes: secus si actum solum speciale exercuit, quoad dispensationem, quā concessit. Ratio est, quia cum vna dispensatio, nil prorsus habeat commune cum alia, ex eo quod sit ceptum vti vna, non desinit res esse integra quoad alias. Ita tradunt Ioan. Andr. addit. ad Speculatorem, tit. de dispensatione, §. dicendū restat, nu. 19. verb. ergo tu distingue: & c. ex tua. nu. 8. de filijs prebyr. & ibi Anton. nu. 7. Abbas nu. 4. Bellemera ad finem, versu. quod postest, & c. licet vndiq; nu. 11. & 17. de offic. deleg. vbi Henricus nu. 4. Folin. c. pastoralis, §. quoniam, nu. 2. de rescript. Rosella. verb. gratia, nu. 1. & ibi Angel. nu. 2. Syluest. q. 2. Tabiena. q. 5. nu. 6. Actus autem communis omni dispensationi erit acceptatio rescripti, in quo facultas dispensandi cum omnibus illis personis committitur. (Si teneamus sententiā num. 19. & 20. relata, vt per illam desinat res esse integra.) Sed cum illam ibi reprobarim, dicendum est cum Felino, d. cap. pastoralis, §. quoniam, nu. 3. esse actum cōmunem, si mādaret delegatus citari omnes illas personas, cum quibus dispensandū est, vt probarent veritatem precum, vel simile actum faceret. Quia in his non contentiosis, per hos iudicis actus desinere rem esse integram, probauimus num. 20.

S V M M A R I V M.

Potestas delegati ad literas iniustitiae exequendas expiret morte concedentis re integra, secus quando non est integra. num. 30. An gesta per delegatum dum mors delegati ignoratur, valeant: & quid, quando delegans in excommunicatorem incidit: vel si Episcopus sit excommunicatus, an suspensus iurisdictione delegati, vel Vicarij Romistue: n. 31. An pereat hæc potestas delegata finis delegan-

ti officia, sicut morte? num. 32. An potestas a Principe delegata pereat morte Principis re integra? num. 33. Quid, si delegatus ille sit ad vniuersitatem causarum? num. 34. An si delegatus subdelegat, mortuo delegato re integra, expiret potestas subdelegati explicatur casus in quibus hoc potest dici. nu. 35. Quid, si moritur delegatus subdelegatus, sine vti caperit iurisdictione, sine non, superflue tamen primo ordinario delegante. an expiret subdelegati iurisdictione? num. 36. Quid, quando moritur prius ordinarius, & res est integra quoad delegatum, non tamen quoad subdelegatum? num. 37. Quid, si contra, res tunc est integra quoad solum subdelegatum? num. 38. An potestas delegata hæc expiret ipso iure, an solum ope exceptionis, morte delegantis re integra? Resertur quedam sententiā nu. 39. Explicatur sententiā Autho. nu. 40. An potest tunc delegatus procedere, si veraque pars consentiat? num. 41. An ea potestas expiret morte, quando non datur noua potestas ad actum, sed excitatur antiqua? num. 42. Quid, si iurisdictione delegata sit accessoria gratiæ iam factæ? Et explicatur lat. cap. si super gratia, de offic. deleg. ius. & an potestas cōseruatorum expiret morte concedentis re integra? num. 43. Quid, si potestas illa delegata sit commissiōi nomine dignitatis delegantis, an expiret morte delegantis re integra? num. 44. An commissiones dispensandi in impedimentis matrimonij, alijsve rebus commissæ in forma communi Ordinarijs, censentur datæ nomine dignitatis Pontificis? Et ponuntur probatoria partem affirmantem. num. 45. Explicatur sententiā Autho. & an verba auctoritate n. s. t. a, vel quando vtrumq; delegantis nomen exprimitur, efficiant, vt censetur commissio facta nomine dignitatis: & quid vbi est dubium? num. 46. An precepta superiorum expirent morte mandantis? num. 47. Post num. 47. inuenies alia summaria.

28

27

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

6. ff. de iurif. omni. iudic. Et ratio est, quod tunc non litigatur, vel favor, sed quoddam mandatum de iustitia faciēda. Mandatum autem expirat morte mandantis reingra. l. mandatum. C. mandati. Item quia per delegationis actum non transfertur efficaciter iurisdicō in delegatum, donec ea vti cōperit. Vt expressē habetur cap. quāuis, de offic. deleg. in 6. ibi. *Cum iurisdicō (ex quo ipse vti non exiit) non censeatur in eum efficaciter transiisse.* Quare cum iurisdicō re integra sit cum effectu penes delegantem, & per ipsius mortem extinguitur iurisdicō sua, extinguetur quoque iurisdicō delegata. Quia extinctio iure auctoris, extinguitur quoque ius successoris argumēto ex l. lex vctigalis ff. de pignoribus. At per iurisdicōnis exercitium ante delegantis mortem, iurisdicō radicatur in persona delegati, ita vt efficaciter in eum transferit: vt colligitur a contrario sensu ex d. cap. quāuis. Et ideo morte ipsius delegantis non extinguitur iurisdicō hęc delegata, quādo res non erat integra, sed ipsa vti cōperit.

31 An verò hoc procedat, si mors delegantis ignoretur: ita vt gesta tunc per delegatum, qui ante mortem delegantis non cōperat vti iurisdicōne, sint irrita? Dixi lib. disp. 22. nu. 75. & 76. Et quid, quando delegans in excommunicatione incidit, vel Episcopus, an possit delegatus, aut Vicarius procedere? Dixi eodem lib. 3. disp. 30. nu. 3. & 7.

32 Sicut autē morte delegantis re integra, perit iurisdicō delegata: ita etiam finito officio delegantis re integra. Quia cum finito officio perinde extinguitur iurisdicō, ac morte naturali iure optimo finiri officii, ac naturaliter mori æquiparant quoad extinctionem potestatis delegatę re integra. In vtroque enim euctu æquē procedit ratio num. 30. tradita. Et ita tenent Glossa cap. licet vndiq; in fine. de offic. deleg. & ibi Abb. nu. 7. Baldus nu. 8. sine. Imola nu. Bellemera n. 13. q. 8. Bart. l. more nu. 15. ff. de iurif. omni. iudic. & ibi Romanus n. 15. Decius nu. 57. Bartholom. Socinus nu. 61. Curtius iunior num. 87. Iacobinus in 1. lectura nu. 34. Zafius nu. 39. Cacialupus nu. 29. Belleperica n. 11. Emanuel Sa summ. verb. delegatus num. 3. Et ita deciditur. l. regia 21. tit. 4. par. 3. Quāuis (vt notat ibi Greg. Lopez verb. d. perdiere.) attēto iure communi erant opinionēs. Nam Albericus d. l. more nu. 21. tenuit contrarium.

Procedit autem regula, quāuis sit delegatus Principis. Quippe eius iurisdicō delegata perit morte Principis re integra. Quāuis contrarium censent aliqui (vt refert Gloss. l. & quia 6. verb. principaliter. ff. de iurif. omni. iudic.) malē intelligentes eum textum, ibi. *Et quia nec principaliter ei iurisdicō data est.* Sed eorum verborū sensus est. Quia iurisdicō nō est cōcessa iure proprio, & sic non est ordinaria, perit morte cōcedentis re integra. Et probatur, quia ratio n. 30. huius tradita procedit æquē in Principis delegato, ac in alijs delegatis. Idē probatur ex cap. licet vndiq; de offic. deleg. vbi expressē dicitur delegatiōnē à Potestice factam expirare morte ipsius re integra. Et c. si cui nulla, de preb. in 6. deciditur delegatiōnem Papę ad gratiā faciēdam cessare obitu ipsius re integra. Atque ita docent Glossa. d. l. & quia verb. principaliter. Bart. dicens esse omnium. l. more nu. 7. ff. de iurif. omni. iud. & ibi Baldus 1. lectura nu. 6. q. 3. Albericus nu. 12. Decius nu. 13. & 17. Alex. nu. 9. Iafon. nu. 6. Belleperica num. 6. Cacialupus num. 44. Iacobinus in 1. lectura nu. 13. Anton. cap. relatum nu. 9. de offic. deleg. & ibi Bellemera nu. vnico. Cardin. c. grati, oppositiōne 7. eodem tit. Marata de ordine iudiciorū 4. p. d. 5. an iudicium sit ordinariū, an delegatum. n. 61.

34 Secundo procedit regula, quāuis delegatus ille sit ad vniuersitatem causarum. Eius enim iurisdicō perit morte cōcedentis re integra. Probatur per locū à specialia, ex cap. ne aliqui de heret. in 6. vbi deciditur favore fidei officium inquisitorum non cessare morte cōcedentis re integra. Cū tamē eorum potestas sit delegata ad vniuersitatem causarum. Vt notat Ioann. And. & Doctores cap. per hoc de heret. in 6. Ergo vbi non est is favor, cessat morte cōcedentis re integra. Præterea, quia est huiusmodi iurisdicō æquiparetur in multis iurisdicōni ordinarię: at non in omnibus conveniunt, & maxime vbi subest diuersa ratio. Nam ratio ob quam extinguitur iurisdicō delegata ad particulares causas, quam n. 30. tradidimus, militat etiam in iurisdicōne delegata ad vniuersitatem causarum. Quia iurisdicō remanet penes delegatē, & nomine proprio hic delegatus nil habet. c. san. de offic. deleg. & l. 1. ff. de offic. eius cui mad. est iurif. Atque ita tenet Abb. c. relatum nu. 7. de offic. deleg. & ibi Decius in noua editione n. 36. Baldus c. licet vndiq; n. 6. eodē tit. Felin. c. past. or.

§. quoniam num. 3. fallentia. 4. de rescript. Alexand. l. more nu. 29. & 37. ff. de iurif. omni. iud. & ibi Iafon nu. 9. & 19. Fulgos. n. 18. Iacobin. in 1. lectura nu. 26. Maranta de ordine iudic. 4. p. d. 5. an iudicium sit ordinariū, vel delegatum. nu. 61. Quare audiēdus nō est Anchar. d. c. licet vndique. q. 4. contrarium sustinet. Ducitor, quod hic delegatus æquiparetur ordinario. Sed iam respondimus non æquiparari in omnibus.

35 Maior autem difficultas est, quando delegans subdelegat, an pereat iurisdicō subdelegati mortuo primo ordinario, qui delegato delegauit, viuente delegato ipso: vel mortuo delegato, qui subdelegauit, superstitē adhuc primo ordinario? Et vt distinctē procedamus, in triplici casu potest hoc in dubium verti. Primus est, quando moritur delegatus, qui huic subdelegauit, siue vti cōperit iurisdicōne, siue non, superstitē tamē primo ordinario, qui delegauit: & res est integra quoad subdelegatum, vt potē, qui iurisdicōne vti nō cōcepit? Itaque an fatis sit, ne pereat iurisdicō subdelegati morte subdelegatis re integra, superstitē esse primū ordinariū delegantē? Secūdo est, quid si moriatur primus ordinariū delegans, & res est integra quoad delegatum, quia, vti non incēpit: non autē quoad subdelegatum, qui iam vti cōperat. Tertius est, quid si dū moritur primus ille ordinariū, res nō erat integra quoad delegatū, integra existēte quoad subdelegatū.

36 In primo casu quadruplex est dicendi modus. Primus sentit non expirare iurisdicōnem subdelegati. Quia etsi subdelegas à quo immediatē iurisdicōne accepit, obierit re existente quoad subdelegatum integra, subdelegatus enim vti non cōperat: at superstes est primus ordinariū delegas, qui fons & radix eius iurisdicōnis est. Atque ita non potest dici iurisdicōne delegas omnino extinctā. Sic sentiunt Angelus. l. & quia. nu. 3. ff. de iurif. omni. iud. Cacialup. l. more. nu. penult. ff. eodem tit. dicens eo anno pendenti lite coram Vicario Archiepiscopi Senensis fuisse ita iudicatum. Et refert pro se Innocentium. c. licet vndiq; n. 2. fin. vers. alijs autē, de offi. deleg. vbi verbis valde obsecris vtitur, & dices fortē ita esse. Et eisdem omnino verbis loquuntur Hosti. ibi nu. 4. f. 8. Andr. n. 18. Speculator tit. de iudice delegato. §. restat videre. n. 7. vers. si delegatus. Secundus dicendi modus sentit expirare eā subdelegati iurisdicōne. Quia cū adhuc non sit efficaciter

in subdelegatum transmissa, eō qd subdelegatus ea vti nō cōcepit, pender eius duratio à vita delegati subdelegantis, à quo immediatē profecta est. Sic Anchar. eo. c. licet vndiq; q. 5. Tertius est, cū quadam distinctiōne. Aut subdelegatio facta est in totū, nēpe, cōmittente delegato omnes vices suas: & tunc non extinguitur. Secus autem, si pro parte delegarit. Ratio discriminis ea est. Quia quando subdelegatio fit in totū, delegatus à se totam iurisdicōnem abdicat: & ideo nō appellatur tunc ad ipsum subdelegantem, sed ad primū ordinariū. c. su per quæstionem. §. porro. de offic. deleg. Quare iurisdicō subdelegata pender tunc à solo primo ordinario delegante, atque ipso superstitē nō perit, quantumcūque moriatur re integra delegatus subdelegas. Quia non extinguitur fundamentum. At quādo subdelegatio fit pro parte, delegatus non abdicat à se totam iurisdicōnem, & ideo appellatur ad ipsum: iuxta d. §. porro. Quā obrē iurisdicō subdelegata pender ab ipsius delegati iurisdicōne: & pro cōsequēs morte huius contingenti, dum res ex parte subdelegati est integra, peribit hęc subdelegata iurisdicō. Sic tenet Bartholom. Socinus. d. l. more. nu. 74. Quartus modus est, quem amplectitur Iafon. d. l. more. nu. 13. vbi relata prima opinione ait meliūs dicendum, prout in simili tradit Bartol. l. 2. ff. de curatore bonis dāto, vbi in fine principij tractās Bartolus an substitutus à procuratore debeat cauere rem ratam dominū habiturum: sic distinguit. Si procurator ex mandato sibi à dño factō substituit, tunc dominus videtur illum constituitur, quem procurator substituit. l. 1. §. penultim. ff. de procurator. Et ideo tunc cauere debet rem ratam dominum habiturum. Quippe tantum à domino constitutus agit. Si verò procurator substituit iure suo, debet cauere rem ratam procuratorē habiturū. Quod ab ipso substitutus censeatur. Quare iuxta hoc dicendum est sic. Quando delegatus ex speciali potestate sibi à delegante tradita subdelegat, non perit potestas subdelegati morte subdelegantis re integra, si primus ordinariū delegans superstes sit, quasi ipse sit prima radix, & censeatur substitutus. Secus delegato subdelegante iure proprio in casu, in quo subdelegare potest. Quia tunc non primus ordinariū, sed ipse delegatus censeatur substitutus. Et hęc omnes sententię sunt satis probabiles: at vltima præ cæteris mihi placet.

37 In secundo casu, nemp̄, quādo moritur primus ordinarius delegans, & res est integra quoad delegatum, non tamen quoad subdelegatum, quia delegatus iurisdictione vti non cōperat, at subdelegatus cōperat: videtur expirare iurisdictione subdelegati. Quia morte expirat iurisdictione primi delegantis, & delegati subdelegantis, res enim erat integra quoad ipsum. Expirabit ergo iurisdictione subdelegati, vt potē cui de ficit fundamentum, cui innitebatur. At dicendum est, nullo modo eā expirare. Quia cum iā subdelegatus cōpisset vti, radicata est iurisdictione in se ipso, ac proinde eius duratio iā non pendet à primo delegante, aut subdelegante. Et pro hac parte est textus apertus. c. penultimo, de offic. deleg. in 6. vbi ponderat textus, vt iurisdictione subdelegati expirat mortuo primo ordinario delegante, non esse processum in aliquo per delegatum, vel ipsum subdelegatum. Et ita docent Dominicus ibi. nu. 5. Francus nu. 2. Imola cap. licet vndiq. nu. 2. de off. deleg.

38 In tertio casu, quando obit primus delegans re existente non integra quoad delegatum, integra verò quoad subdelegatum: videtur expirare subdelegata iurisdictione. Quod primus delegans, qui fons ac radix iurisdictionis subdelegatæ est, obierit, nec subdelegatus cōperit vti iurisdictione. At ex dictis nu. præced. constat eam non expirare. Quia ne expirat, satis est ipsimet subdelegatum, vel delegatum subdelegantem cōpisse vti iurisdictione ante primi ordinarij delegantis obitum. Vt constat ex cap. penult. de offic. deleg. in 6. Et tenent ibi Glossa. verb. processum. Domin. n. 5. Francus. n. 2. Ferrer. cons. 158. n. 1. & 2. vol. 1.

39 Insuper dubitabis, an potestas delegata hæc expirat ipso iure mortuo delegante re integra? Quibusdam placet non expirare ipso iure, sed ope exceptionis, ac proinde si pars aduersa non excipiat, valere gesta ab eo delegato. Ducuntur ex cap. penult. de offic. deleg. in 6. ibi: *Quia exceptionem coram se proposuit, q̄ ante quā per eum, vel per ipsum delegatum in aliquo processum fuisset, delegans fuerat viam vniuersæ carnis ingressus.* Secundo, ex cap. cum venisset, de testibus, & attest. ex quo videtur cōstare posse mortuo delegante re integra, delegatum procedere ex partiu cōsensu. At si iurisdictione expirasset, non posset partiu cōsensu illam conferre. Tertio, quia tempus datæ inspiciendum est. e. eam te, de rescript. & tempore præsentationis rescripti imprimatur

iurisdictione ipsi delegato. Ergo mors delegantis postea contingens nō efficit iurisdictionem delegati ipso iure expirare. Et ideo ita tenent Innoc. c. licet vndiq. n. 2. fin. vers. alijs autem, de offic. deleg. Goffredus, Philippus, & Brixien. quos refert, ac sequitur Archid. d. c. penult. nu. 2. Speculator. tit. de iudice delegato. 5. restat vide. re. nu. 7. vers. q̄ si delegatus. Hosti. summa tit. de offic. deleg. 5. & qualiter. nu. 11. vers. vel recessum. Et in hanc partem magis inclinat licet dubijs idemmet Innocent. d. c. cum venisset. nu. 1. addens saltē constare posse ex partiu cōsensu iurisdictionem huius delegati prorogari.

40 At tenendum est tanquam verissimum expirare ipso iure. Probatur ex. c. fin. vers. officium, de offic. deleg. in 6. ibi: *Officium autem conseruatum ipso iure quoad non capta negotia, per obitum cōcedentis volumus expirare.* Et cap. si cui nulla, de præbend. in 6. ibi: *expirat omnino, si concedens re integra moriatur.* Præterea, quia multa sunt iura significancia expirare iurisdictionem ipso facto. Nullam enim de partis exceptione mentionem faciunt. Vt cap. gratum. cap. licet vndique, de offic. deleg. Et nullus ius aperte dicit oppositum. Nec obstant in contrarium adducta nūc. præcedenti. Quia eodem cap. penultimo fuit exceptum, & appellatum, vt cōtineretur graumen factæ: at non dicitur ibi id fuisse necessarium. Ad cap. cum venisset, de testib. & attest. dic solūm ibi tolli appellationem. Vt patet ibi: *Ne appellatio.* Non enim poterat pars impedire confirmationem sententiæ ininitæ appellationi, vt potē, quæ illi renuntiaret facto suo, agens post appellationem coram iudice à quo appellaret. At poterat nullitatis via se tueri aduersus sententiam. Ad tertiu dic, licet iurisdictione imprimatur à tempore præsentationis rescripti, at eam non esse efficaciter radicatam in delegato, donec vti ea cōperit: ac proinde ante illius vsum pendere eius durationem à iurisdictione delegantis, quæ eius morte extinguitur. Et ideo hanc sententiam tenent Glossa. l. penultima. verb. ignorasset. ff. si certum petat. & cap. finali. verb. ipso iure, de offic. deleg. in 6. & dict. cap. cum venisset, verb. postea egerit. Et ibi Hostiensis paulo post principiu. Ioann. Andras numero 10. Anton. num. penultimo. Cardin. num. vnicō. versic. in glossa 2. Abbas num. 2. Imola num. 2. Baldus num. 1. versic. sed contra. Felin. num. 3. versic. in eadem glossa.

41 Hinc deducitur, mortuo delegante re integra, minimè posse delegatum in causa procedere, & si partes consentiant, nec valere processum. Quia cum eius iurisdictione omnino extincta sit, nequit ex partiu cōsensu prorogari. Consensus enim, hic nequit eum iudicem constituere, qui iudex non est, priuatorum. C. de iurisdictione omniu iudic. Sic docent Glossa cap. cum venisset, verb. postea egerit, de testib. & attest. Et ibi Hostiensis paulo post principiu. Ioann. Andras. num. 10. Baldus num. 1. Cardin. num. vnicō. versic. in glossa 2. Imola num. 3. Bellemera num. 4. & 5. Decius cap. gratum, in noua editione num. 36. de offic. deleg. & ibi Felin. sine. Ancharran. cap. penultimo. num. 3. notabilis 3. de offic. deleg. in 6. & ibi Francus num. 3. Bartholom. Socinius. l. more. num. 72. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Paulus num. 11. Decius num. 13. Iafon num. 7. & sine. Cacialpus nu. 32.

Bellemera num. 4. & 5. Idem Hostiensis. c. licet vndique. num. 4. sine, de offic. deleg. & ibi Ioann. Andras. num. 19. Cardin. quæstio. 12. Imola sine. Bellemera num. 1. 4. & 5. Imola. cap. gratum. num. 5. eodem tit. vbi Felinus sine. Decius in noua editione. nu. 36. Idem Cardin. cap. relatum, in sine, eodem tit. Idem D. c. ius. cap. si duobus, in noua editione. num. 34. de appellat. Idem Ancharranus cap. penultimo. num. 3. notabilis 3. de offic. deleg. in 6. & ibi Dominicus num. 5. versic. in sine. glossa. Francus num. 3. & cap. finali. §. officium. nu. 1. eodem tit. & libro. Idem Imola cap. literis, ad sine. de rescript. Bartol. l. more. num. 18. ff. de iurisdictione omniu. iud. & ibi Paulus num. 11. Iafon num. 7. & sine. Decius num. 14. & 63. Bartholomæus Socinius num. 70. Curtius Iunior num. 95. Zalius num. 41. Iacobus in 1. leaura. sine. Cacialpus num. 32. Faber. §. item si adhuc. num. 11. instituta mandati. Maranta de ordine iudiciorum. 4. part. dist. 5. an iudicium sit ordinarium. num. 61. Bellemera decisione 542. num. vnicō. Mandosius regula Cancellariæ. 10. de annali. quæst. 2. num. 4. Zuallus. q. practica. quæst. 414. sine.

42 Tandem regula tradita, vt iurisdictione delegata pereat morte delegantis re integra, temperatur tripliciter. Primo, vt intelligatur quando datur noua potestas ad actum per illam, commissionem, ita vt in exercitio actus gerat mandatarius vicem mandantis: quando enim non datur noua potestas, sed excitatur antiqua, nō expirat.

Vt contingit in præcepto quod datur habenti alijs potestatem. Tunc enim cum nō datur noua potestas, sed excitetur ordinaria per commissionem. cap. licet, & cap. penultimo, de offic. ordin. non expirat morte mandantis re integra. Quia cessat ratio. num. 30. tradita, ob quam potestas delegata expirat. Et de hoc est textus cum Glossa Authent. vt nulli iudicium. §. de hoc verò iubemus. Sic tradunt Bartolus. l. more. nu. 5. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Iafon nu. 61. Abbas. c. relatum, in sine, de offic. deleg. & ibi Felin. nu. 13. Decius in noua editione. nu. 41. & rubrica. C. de mandatis Principu. nu. 13. Qui tamen eod. cap. relatum. nu. 41. bene hoc intelligit, quando taliter esset facta commissio illa, vt nō alteraretur potestas, quæ prius competebat.

43 Secundo temperatur, nisi iurisdictione delegata sit accessoria gratiæ iam factæ: Sicut enim gratia facta non perit morte concedentis re integra, ita nec ea potestas accessoria, sed principalis gratiæ naturam sequitur. Ita expressè definitur. cap. si super gratia, de offic. deleg. in 6. de potestate executori data ad exequendam gratiam à Sede Apostolica concessam: & redditur ibi prædicta ratio. Qui textus extendi debet ad gratiæ concessæ à legato executori. Quod eadem procedat ratio. Sic tradit Archidia. ibi num. vnicō. Ioann. Andr. initio. Ancharr. sine. Dominicus num. 3. Francus num. 2. Anton. Gabriel tom. 3. cōmuniū, lib. 6. tit. de præbend. conclusionē 1. num. 4. Atque eadem ratio cogit ad dicendum idem de executori cuiuscumq; gratiæ ab alijs inferioribus concessæ. Quia eadem ratio militat. Secundo procedit de cetero huius textus, licet quando concedens obijt, non esset gratia acceptata per eum, cui facta est. Non enim perit gratia, nec subinde executoris potestas. Sic Lopus, vt eum referunt, ac sequuntur Dominicus, ibi num. 5. Francus num. 2. Portius cons. 157. num. 3. Tertio, quantum aliqui eum textum intelligunt in meris executoribus, qui absque causæ cognitione procedunt. Vt Antonius ibi nu. 7. & alij quos refert Anton. Gabriel. dict. conclusionē 1. nu. 13. At verius est contrarium. Quod in his quoq; qui causæ cognitionem habent procedat ratio in textu assignata. Et ita docent Fracus ibi nu. 4. Milis quem refert, & sequitur Antonius Gabriel. dict. conclusionē 1. num. 15. Nō tamē procedit hæc decisio, quādo potestas executoris non est accessoria gratiæ.

Quippe non militat ratio in textu assignata. Vt si discordia inter partes orta super gratia facta, impetretur iudex, perit eius iurisdictionis morte delegantis re integra. Ita citato Paulo Dominicus ibi nu. 6. Friscus num. 4. Nec procedit, quando datur executor super gratia facienda. Vt si mandatur dari alicui beneficium dato iudice exequutore, vt conferat. Quia textus expresse dicit, super gratia facta. Item, quia etiam gratia facienda perit morte concedentis re integra. (vt dicemus nu. 64.) ne dum potestas exequutoris. Sic Francus ibi nu. 4. Et multis citatis Antonius Gabriel dicit conclusionem 1. num. 3. At si executor ille caperat vt ante mortem Pontificis concedentis, contulerat enim beneficium: licet nondum exequutio sequuta sit, poterit exequi mortuo Pontifice: ac impedientes excommunicare. Cum enim res non esset integra, minime cessat eius iurisdictionis. Sic relato Lupo Dominicus ibi sine. Francus num. 2. Tandem nec procedit in iudicibus priuilegiorum conseruatoribus. Quippe eorum potestas expirat morte concedentis re integra. Vt constat ex finali, de offic. deleg. in 6. Et ratio est, quod idem statutum sit potestatem exequutoris ad gratiam factam non expirare morte concedentis re integra, ne gratia redderetur inutilis. At etiam expirante conseruatore potestate non redduntur priuilegia inutilia. Item, qui horum conseruatorum potestas non est accessoria ad priuilegia ipsa. Cum ex priuilegijs agere quis possit, & excipere sine conseruatore. Sic docet Glossa dicitur. cap. finali. verb. expirare. Ioann. Andreas dicitur. cap. si super gratia. num. 1. & ibi Dominicus num. 4. Francus num. 5. Angelus. l. & quia. nu. 3. ff. de iurisd. omn. iudi. Gygus de pensionibus. quaest. 91. num. 5. Antonius Gabriel dicta concl. i. num. 16. Quauis minus bene teneat contrarium Archidiaconus. d. cap. finali, in fine.

44 Vltimo temperatur, nisi ea potestas delegata sit commissis nomine dignitatis committentis. Vt si Pontifex dicat, sedes Apostolica tibi committit, vel alijs verbis, quae non a persona, sed a dignitate committentis delegationem proficisci denotent. (De quibus verbis dicemus num. 46. 61. 62. & 63.) Tunc enim non expirabit delegatio morte delegantis re integra. Ratio est, quia cum dignitas nunquam pereat, nec eius iurisdictionis. cap. si gratia, de rescriptis. in 6. sed eadem prorsus sit in successore, cessabit

ratio tradita num. 30. ob quam potestas delegata perit morte delegantis re integra. Et confirmatur, quia ob hanc rationem non perit morte ipsius delegati, potestas sub eius dignitatis nomine illi commissis, sed transit ad successorem. Quod dignitas cui conceditur permanet mortua persona. Ergo similiter non peribit morte delegantis sub dignitatis suae nomine, quantumuis res sit integra: quia dignitas delegans manet persona cui inhæret beneficium. Quod si obijcias, semper Pontificem & quoscunque prelatos delegare nomine dignitatis, quia quatenus priuati delegare nequeunt. Dic rationem delegandi semper esse dignitatem: at concedentem non semper esse dignitatem, vt abstrahit a persona, sed aliquando vt coherentem persona, & tunc quia moritur cum persona, non est confessio perpetua: aliquando vero vt a persona abstrahit, & tunc quia mortua persona durat, durabit quoque delegatio. Quod si iterum obijcias cap. ne aliqui, de heret. in 6. dicit officium Inquisitorum a Sede Apostolica commissum non expirare re integra morte concedentis: idque esse speciale suore fidei. Dic cum Decio statim allegado sumi ibi Apostolicam Sedem pro Pontificis persona. Et ita hanc limitationem tradunt Anton. cap. relatum. num. 10. veric. tractat etiam de offic. deleg. & ibi Abb. nu. 3. & cap. licet vndiq. nu. 7. & e. quoniam Abbas. nu. 8. eodem tit. vbi Cardin. nu. 3. oppositione 5. & 9. sine. Berolin. 90. Imola nu. 6. & c. gratum. nu. 5. veris. secundo, eodem tit. Dominicus. e. quauis, in fine, eodem tit. in 6. & ibi citato Lupo Francus in fine. Felinus. cap. postoralis 3. quoniam. nu. 3. fallentia. 5. de rescriptis. Baldus. l. more, in prima lectura. q. 3. num. 6. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Decius num. 17. Alex. nu. 9. Barthol. Socin. nu. 36. Tacobinus in 1. lectura. nu. 13. Cadiolopus. nu. 37. Couarr. 4. practic. cap. 11. nu. 2. sine. Nauar. summa Hispana. c. 27. num. 264. Quauis Bellemera. d. cap. licet vndiq. num. 14. non admittat ex parte delegatis distinctionem hanc, an nomine persona, an potius nomine dignitatis delegat. Sed illi credendum non est. Hoc temperant Alex. ibide. & Bartholom. Socinus nu. 60. relato Saliceto, vt intelligatur quando sic delegat Princeps, alios enim inferiores aiunt non posse concedere iurisdictionem delegatam perpetuam. Quod quidem admitto loquendo de iurisdictione contentiosa: nisi potestas

trio sam,

trio sam, qualis est ad audiendas confessiones, & dispensandum, dicemus num. 71. & sequentibus 15. At si contentiosam ecedant inferiores ad aliquam causam etiam sub nomine persona, & tempore mortis concedentis res non est integra, non expirabit eius iurisdictionis. Quia textus relati num. 30. & Doctores hoc tradunt vniuersaliter de iurisdictione delegata.

45 Dubitari aere merito potest, an commissiones ecdesie ordinarijs in forma communi ad dispensandum in matrimonij impedimentis, alijs rebus, censetur factae a Pontifice sub dignitatis propriae nomine. Id enim videtur suaderi. Quod Pontifex exprimat nomen proprium, & dignitatis, sic dicens. *Clemens Episcopus*. At est valde probable explicato vtroque nomine, praeponderare nomen dignitatis (vt dicemus num. 60. Secundo, quia licet nomen proprium exprimat, id fit vt intelligatur quis Pontifex author fuerit illius concessionis. Tertio, ex applicationis verbis solitis poni in his dispensationibus: quae sic se habent. *Supplicare fecerunt vt de benignitate Apostolica dispensaremus*. Cum enim responsio Pontificis etiam nil aliud dicentis nisi, fiat, intelligi debeat iuxta preces (vt diximus disp. 21. num. 37. & perat a Sede Apostolica, concessio intelligitur, vt ab eadem Sede dimanet. Quarto, ex verbis commissionis solitis ibi apponi: quae sunt. *Auctoritate nostra dispenses*. Quae verba dignitatem denotant. Quippe idem est, auctoritate nostra, & auctoritate Apostolica. Vt probatur ex cap. cum aliquibus, sine, de rescriptis in 6. ibi. *Non auctoritate Apostolica concessur receptus, nisi quod est auctoritate nostra recipere, in literis caueretur*.

46 At certum esse arbitror hos commissiones nomine Pontificis fieri, & non nomine dignitatis. Quod probatur destruendo fundamenta contraria. Primo, quia in ipsa petitione fit mentio personae Papae, & ab ipsa petuntur: *Quare nos si humiliter supplicare fecerunt*. Et tantum narrat Pontifex non posse dispensari absque Sedis Apostolicae auctoritate. Secundo, quia est petetur a Sede Apostolica, intentio est clara non constituenda differentia inter Sedem Apostolicam, & Pontificem, sed perinde est ac petere a Clemente VIII. Pontifice. Tertio, quia contrarium non colligitur ex illis verbis. *Auctoritate nostra dispenses*. Quia expressis cap. si cui nulla, de praeb. in 6. dicitur si alicui auctoritate Apo-

lica fiat commissio in fauorem certae personae, expirare commissionem morte concedentis re integra. Et confirmatur, quia Pontifex non sic ait, Auctoritate nostra tibi committimus: quae verba commissionem nomine dignitatis fieri important: sed committimus vt auctoritate nostra dispenses. Quae important potestatem esse delegatam, ac dispensationem concedi nomine Pontificis, ac si ipse dispensaret. Vt bene aduertit Francus cap. cum aliquibus num. 4. de rescriptis in 6. & communiter Doctores. Atque subdit Francus id animaduertendum esse ad commissiones, quae quotidie ordinarijs fieri solent. Deinde quia initio literarum sic dicitur. *Clemens Episcopus*. vbi nomen proprium praeponeitur. Quod esse indicium commissionis nomine persona factae testantur multi (vt diximus disp. praecedenti num. 18. Et postea in petitione. *Nobis suppl. caris fecerunt*. Et in commissione sic dicitur. *Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretionis tuae committimus*. Quae omnia verba denotant non ine personae commissionem fieri. Quippe profertur. nos, & vos, simpliciter prolata a persona constituta in dignitate, referuntur in dubio magis ad personam, quam ad dignitatem: & idem est alijs quibuscumque, verbis dubijs. Vt docent colligentes ex cap. literis, de rescriptis. Anchar. ibi num. 1. notabilis. Barbatus num. 30. 31. Decianus consil. 57. n. 51. & 52. vol. 2. Barbosa. l. quia tale 14. nu. 41. sine. ff. soluto matrim. Et idem docet quoties est dubium. Abb. cap. relatum num. 3. de offic. deleg. & cap. licet vndiq. num. 7. eodem tit. at in dubio velle Pontificem committere nomine persona, & si nomen dignitatis exprimat. Vnde hodie inquit, communiter Pontifex praemittit nomen proprium, dicens. *Martinus Episcopus*. Et Couarr. q. practic. cap. 11. nu. 2. sine, ait nunquam censeri delegationem nomine dignitatis factam, vt non pereat morte delegantis re integra, nisi expressis solius dignitatis nomen foret ascriptum. Atque in proprijs terminis hanc partem tuentur Host. cap. quoniam Abbas nu. 9. de offic. deleg. & ibi Ioan. Andr. nu. 5. Anton. num. 13. Cardinalis oppositione 5. Imola nu. 6. vbi aiunt nunquam a Pontifice delegare nomine dignitatis, sed nomine persona. Et reddunt rationem, quod semper incipiant rescripta a nomine persona Papae.

Demum id obseruandum est. Dum dicitur mandatum non expirare morte man-

dantis,